

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicicia as (2)  
cum fonte primo

Itaque ciues pociores quam peregrini,  
propinqui quam alieni. Cum hiis  
enim amiciciam natura ipsa peperit  
sed ea non satis habet firmitatis.  
Nam in hoc prestat amicicia  
propinquitati quod ex propinquitate  
beniuolencia tolli potest,  
ex amicicia non potest.  
Sublata enim beniuolencia amicicie  
nomen tollitur sed propinquitas manet.

Tullius de amicicia.

Sic enim mihi perspicere videor,  
ita natos esse nos, ut inter omnes esset  
societas quaedam, maior autem  
ut quisque proxime accederet;  
itaque cives pociores quam peregrini,  
propinqui quam alieni; cum his  
enim amicitiam natura ipsa peperit.  
Sed ea non satis habet firmitatis;  
namque hoc praestat amicitia  
propinquitati, quod ex propinquitate  
benevolentia tolli potest,  
ex amicitia non potest;  
sublata enim benevolentia amicitiae  
nomen tollitur, propinquitatis manet.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 19 (J.G.F. Powell ed., pp.327-8, ll.26-7, 1-8).